



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Bononivs Ab. 30. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

476      *Vita Sanctorum.*      30. AVG.  
orcum devolvamur. At dicet nonnemo,  
ergone odiosam pede calcare terram  
non liceat : immo verò calcanda illa est,  
& pede utroque, sed graviore, & cui  
cælum non orcus arrideat. *Ex Baron.*  
*& Martyrol.*

S. BONONIVS A.B. 30. *Augusti.*

**O**ptima Philosophiæ pars est mortis  
meditatio ; hæc BONONIVM puerum  
mundo mori docuit , quâ quidem  
morte ad vitâ nihil est salubrius. Hinc  
Ægypti deserta petiit tantamque san-  
ctiorum civium frequentiam invexit ,  
ut in solitudinem urbes, in urbes soli-  
tudinem dices migras. Ipse totam  
Ægyptū concionabundus obibat Chri-  
stoque longè plurimos jungebat , mer-  
catores præsertim , quibus tempestate  
aliquando jactatis post preces fusas so-  
lem & cum sole fidei lucem ostendit.  
Ob id cùm Alexandriæ in summo ho-  
nore jam esset , iterum Ægypti intima  
petiit. Hic illi rectum cælum , cubile  
terra, culcitra ciliciū, cervical lapis fuit.  
Huic etiam invigilabat potius quād  
indormiebat ; quo mollius tamen jace-  
ret, lectulum hunc suum lacrimis quo-  
tidie lavabat. Verūm è privato hoc pul-  
vere extractus in arenam à Petro Ver-  
cellensi Antistite, cui unà cum pluribus  
aliis capto libertatem apud barbarum  
Regē exoraverat, Cœnobitis Laceden-  
sibus

31. AVG. *Vitæ Sanctorum.* 477  
nemo,  
terram  
lla est,  
& cui  
Baron.  
  
ugusti.  
mortis  
M pue-  
uidem  
s. Hinc  
e san-  
vexit,  
es soli-  
totam  
t Chri-  
, mer-  
estate  
fas so-  
tendit.  
no ho-  
ntima  
cubile  
is fuit.  
quam  
a jace-  
s quo-  
oc pul-  
o Ver-  
uribus  
parum  
peden-  
sibus  
sibus præesse jussus est, dum vitâ simul & munere est functus. Porro quem ad geniculari ad tumulum Divi cernis, fraternæ cædis reus est. Hunc cum suppli- cem Sacerdos quidem, sed non con- scientia absolveret, annos plures à do- mesticis furis agitatus malaciam tan- dem animo apud cineres BONONII reperit. Veniam nuntiarunt ruptæ ultrò manicæ, quas reus ipse dextro & cædis auctori brachio induxerat. Haec nunc li- cet è ferro sint, an non pulchrius tamen suspensæ tumulo BONONIVM ornant, quam Manliani, quos olim abjecerat, torques facturi fuissent? Ex Gabr. Pa- laeto.

S. AIDANVS E.P. 31. Augusti.

Hic ille AIDANVS est Lindisfar- nensis Pontifex, quem ad Angliæ regnum Christo subjiciendum purpu- rato interprete usum (Oswaldo Rege) suprà diximus. Ni mirum tot Apostolos fere olim Anglia, quot Reges habuit. Sed quæ in alia etiam regna dives fuit, hodie externæ culturæ est indiga. Cæ- terum AIDANVS, uti multum Regi- bus, ita plus aliquantò familiaris men- dicabulis fuit. Ex his cum uni equum donasset phaleris regiis superbum, & Oswini (frater is erat Regis) nobile do- num, succensuit non nihil Oswaldus & objurgavit AIDANVM. At cum hic

H h 3 pau-